



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

VI. Notatio Proditoris. Matth. 26. &c.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

pedes. Exemplum enim dedi vobis ut quem-
admodum ego feci vobis; ita & vos fa-
ciatis.

VI.

Notatio Proditoris. Matth. 26. &c.

1. **C**um hac dixisset IESVS turbatus est
spiritu, & protestatus est, & dixit,
Amen amen dico vobis, quia ¹ unus ex ⁴ vo-
bis tradet ² me, qui ³ manducat mecum.
Quam inexpectata, & quam acerba vox?
vnde meritò ⁷ Contristati valde, ⁸ aspi-
ciebant ad inuicem, haerentes de quo dice-
ret, & ⁹ caeperunt singuli dicere, Numquid
ego sum Domine? & ¹⁰ quarere inter se
quis esset ex eis qui hoc facturum esset? Ex-
pende singula, aduerte vultus, inspicere
penitus animos, & Te.

2. Et Iudas qui tradidit eum, dixit,
Numquid ego sum, Rabbi? O impuden-
tia! ô fraus & simulatio! ô Christi mira
patientia, & misericordia, & de aliorum
defectibus taciturnitas! Erat ergo recum-
bens ¹ unus in sinu ² IESV quem ³ dilige-
bat IESVS: Innuit ergo huic Petrus, & di-
xit ei, Quis est de quo dicit? &c. Respondit
IESVS:

IESVS : Ille est cui intinctum panem por-
rexero ; & cum intinxisset dedit Iuda. Alij
longius, alij propius recumbunt : Alij
pro aliis apud Christum intercedunt :
Ille precibus & Amore flectitur : Tu vi-
de quid officij tui sit.

3. *Et post buccellam inuoluit Satanas.*
Paruâ quandoque negligentia, omisâ
vel commissâ re paruâ quam scimus nos
non debere committere, datur aditus
inimico : At quid in hoc genere paruum
esse potest ! *Et dixit illi Iesus : Quod facis
fac citius : q.d. Paratus enim sum. Et
exiit continuo ; erat autem nox. Cum
ergo exisset dixit Iesus : Nunc clarificatus
est Filius hominis, & Deus clarificatus est
in eo ; & Deus clarificabit eum in semet-
ipso. Gloria Christi fuit, pati voluisse,
&c. Nostra verò est citò, continuo,
dum dies est, seruire Christo : si quid
etiam peccatum est, citò diluere, vt pec-
cati eiectione clarificetur Christus,
confundatur diabolus.*